

Ambros.

sti, vt vniuersum orbem sua doctrina facient, & replent, qua tanquam victores palmis coronantur. D. Ambrosius serm. 38. qui est de Domin. 2. Quadrages. Videte mysterium, ait, quemadmodum post amaritudinem legis, fluentia pietatis Evangelicæ exuberent. Ibi fons vnus austerus ad bibendum, hic plures, & omnes dulces sunt ad potandum. Ibi post fatigationem nulla refectio; hic post laborem refrigerium atque victoria, sitientibus enim fontes ministrantur, palma vincenibus offeruntur. Ecce quanta abundantia in lege Gratia, multa aquarum copia ad bibendum multique fructus ad comedendum, multiplicisque palmae ad coronam proponuntur.

72. Cant. 1.

Catena PP. Origen. Aponius. Beda. Orgelitan. Anselm. Haymon. D. Thom.

Meliora sunt vbera tua vino. Cantic. 1. num. 1. inquit dilecta Anima Christo D. Per vinum legem, per vbera vero legem gratia interpretantur Catena trium Pattum, Origenes homil. 1. ex quatuor, Aponius, Beda, Iustus Orgelitanus, Anselmus, Haymon, D. Thomas, & alij. Cur lex vetus comparatur cum vna, vel vino; lex vero Gratia cum vberibus? Communiter respondent citati Patres: lex antiqua dicitur vinum, quia auster; lex Evangelica vberibus comparatur, quia suavis. Pulchram rationem excogitavit D. Bernardus serm. 9. in Cantica, comparans Synagogam cum vna, quam per Synecdochen velut per vinum intelligit. Vna, ait, semel expressa non habet iam, quod de nouo fundat, sed perpetua ariditate damnatur: vbera non sic: haec enim cum exhausta fuerint, rursum de fonte materni pectoris sumunt, quod propinent sugentibus. Vna breuem, & arctum liquorem praebet; vbera vero perennem, ac perseverantem exhibent. Viguit & lex vetus; sed ad tempus, & paruum gratia dedit liquorem; at omnino periit, & arida facta est. Lex autem Evangelica perpetuum, & continuum habet donorum fluxum, & sic veluti vbera fundit, vt ex materno Christi pectore semper reficiatur, vt indeficienter, abundanter vsque in finem saeculi fluat.

Bernard.

Synagoga arida, lex Evangelica facunda.

Marci 8. n. 6. Et praecipit turbæ discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens, fregit, & dabat Discipulis suis, vt apponerent, & apposuerunt turbæ.

Num. 7. Et habebant pisciculos paucos, & ipsos benedixit, & iussit apponi.

VERSIONES.

Syriacus. Et praecipit turbis, vt discumberent humi; & accipit illos septem panes, & benedixit.

Syriacus apud Matth. Accipit illos septem panes, & pisces, & laudauit Deū.

Arabicus. Accipiens septem panes benedixit, ac fregit.

Vatablus. Et acceptis septem panibus, cum gratias egisset, fregit.

ALTER TEXTVS.

Matthai 15. Et praecipit turbæ, vt discumberent super terram.

Num. 36.

Et accipiens septem panes, & pisces, & gratias agens, fregit, & dedit Discipulis suis, & Discipuli dederunt populo.

EXPOSITIO IV.



ICTOR Antiochenus: Tanta potentia Christi vis, & promptitudo erat, ait, vt audio tantum panum numero, multitudinem statim ad epulandum accumbere inscriit. Nullis aliis interpositis verbis: qui enim vult dare, non conterit sermonibus tempus: Praecipit turbæ, per Discipulos suos discumbere super terram, eo situ, & modo, quo veteres pransuri solebant, à qua consuetudine Christus noluit recedere. Non exprimitur in littera, quod turba discubuerit, non enim ait Evangelista, & discubuit: tam prompta erat ad obediendum, vt idem esset, quod Christus praeciperet, ac quod illa exequeretur. In quo etiam notatur eius eximia fides: non enim discuberet, nisi refici crederet. Et accipiens septem panes. Albertus magnus. Vt, ait, tactu manus fieret multiplicatus panis, & virtutem acciperet diuini saporis & condimentum. Accepit panes, veluti Deo Patri offerens.

Gratias agens; Graecus, Cum gratias egisset. Deo scilicet Patri pro data sibi facultate panes ac pisces multiplicandi. Syriacus habet, laudauit Deum. D. Paschasius lib. 7. in Matth. Ostendens, quantum ipse gauderet de salute humani generis. Haymon. Docens nos pro cibo, ac beneficiis gratias Deo agere! Benedixit, vt eius benedictione panes crescerent. Fregit, non dat integros panes, sed fractos: panis, si frangitur, ad multorum inseruit saturitatem. Moraliter Beda: fregit, quia ipse spirituales panes diuini eloquij nobis reseruit, & aperuit. Dabat Discipulis suis; nõ vendebat, ait Hugo ex D. Augustino, vt ipsi similiter faciant. Discipulis suis, tanquam suis ministris fidelibus. Et apposuerunt turbæ. O rara virtus Apostolorum, qui cum essent ministri, id, quod à Domino acceperunt, populo dederunt.

Et habebant pisciculos paucos, quos mandat apponere, non adducit perdes, vel conturnices; quia Deus non gula, sed suorum necessitati vult satisfacere. Si quaeras: vnde aquam habebant? Responderet. Vel de fontibus; vel ex ipso Galilæae lacu. Vinum autem praebere noluit, sicut in nuptiis ob earum honorem: nam in hoc deserto sat erat aqua, sicut populo Israelitico in deserto non nisi aquam dedit. Exod. 17. num. 6. Cuius rei rationem dat D. Ambrosius lib. de Esca, & ieiunio. Moysi cognouimus, ait, sitienti populo amaritudines aquarum temperasse, non vna, petra aquam vomuit, potuit & vini abundantia non deesse. Denique dixit Deus: percussit petram, & exibat aqua ex ea, & bibit populus; non dixit: exibat vinum populo, periculosum enim erat vinum populo ministrare, quod fortiores ferre vix possunt.

QUESTIO XII.

Explicatur excellentia huius Conuiuii super aliud de quinque panibus.

Is Dominus Iesus conuiuia in deserto turbis praeparauit, eaque miraculose bis saturauit. Primò

73. Antioch.

Christi liberalitas.

Alb. Magn.

74. Graecus. Paschas. Syriac. Haymon.

Beda. Hugon.

75.

Cur non vitium?

Exod. 17.

Ambros.

76.

Abulens.

Quare dua refectioes.

Theophyl.

Indecorum, quod homo cibis datur.

D. Paschas.

Orgelitanus. Carpathius. D. Anselm.

Cantic. 4.

77.

D. Chrysof. Ecclesia excellentior Synagoga.

D. Hieron.

Beda. Haymon.

D. August.

78. Beda. Haymon.

D. Chrysof. D. Paschas.

79. Eulubius.

Mysteria Scriptura sine S. Spiritus donis non intelliguntur.

inò in altero conuiuio de quinque panibus Ioan. 6. Secundo hic. Et non plus cibos turbis dedit, vt ait Abulensis quaest. 100. in cap. 15. Matth. Bis enim necessitas in deserto turbas urgebat; Christus D. autem non faciebat miracula; nisi necessitate urgente; & ideo cum multoties mortuos, ac infirmos sanauerit ob instantem necessitatem, quia sine miraculo vitam, ac salutem recuperare non valebant; bis tamen turbas saturauit. Deinde, vt ait Theophylactus in 8. Marc. Non enim semper miraculum facit in alimentis, vt ne putent, quòd propter cibos populum illum sequebatur. Ne daretur locus calumniae contra Discipulos: fortè existimaretur, quod ob escam ipsum sequebantur, ideo has saturationes tam raro edidit. Tandem D. Paschasius lib. 7. in Matth. Duo dedit conuiuia, ait, quia duas leges statuit, quibus animæ fidelis pabulum ministravit; vnam veterem, in primo conuiuio adumbratam; alteram nouam in hoc secundo. De quibus Iustus Orgelitanus, Philo Carpathius, D. Anselmus intelligunt illud Cantic. 4. num. 5. Duo vbera tua, sicut duo hinnuli.

Hanc autem significationem in vtroque conuiuio ex multis combinationibus colligunt sancti Patres. Primò D. Chrylostomus homil. 8. in Marc. In illa historia legimus, quod qui passi sunt, passi sunt in deserto, in ista vero legimus, quod qui passi sunt, in monte passi sunt. Ob celsitudinem legis gratia. Secundo D. Hieronymus in cap. 15. Matth. In superiori signo quinque millia hominum fuerunt designantes quinque sensus, nam populus ille materialis, ac carnalis erat. In hoc autem posteriori quatuor millia, qui est numerus perfectus, & semper in laude ponitur; & quadrangulus lapis non fluctuat, & non est instabilis; & ob hanc causam etiam Evangelia in hoc numero consecrata sunt, quo significatur, quanta firmitate nostra Ecclesia sit Christo aduata. Vel, vt ait ipse D. Hieronymus in Marcum, Quatuor millia significant annum Euangelicum, qui ex quatuor temporibus constat; vel denotant quatuor virtutes Cardinales, vt inquit Beda, & Haymon, D. Augustinus serm. 209. de tempore. Hic autem, ait, quatuor millia, hoc est de tota terra omnes gentes à quatuor cardinibus Caeli de septiformis sancti Spiritus gratia esse repletas in vitam aeternam. De triduo vide, quæ dixi quaest. 6. num. 38.

Tertio. In primo conuiuio quinque fuerunt panes hordeacei, per quos Beda, & Haymon quinque libros Moysis intelligunt; & dicuntur panes hordeacei propter imperfectionem, & duritiem legis; per duos autem pisces, qui saporem pani dabant, interpretatur Psalmorum, ac Prophetarum doctrina. Vide, quæ dixi tom. 3. c. 33. quaest. 16. At in hoc conuiuio, in quo exprimitur lex Gratia, sunt panes frumentarij non hordeacei, vt inquit D. Chrylostomus homil. 8. in Matth. D. Paschasius lib. 7. qui ait: Triticei suis se creduntur, scilicet panes, vt & alatur Christi Ecclesia grano frumenti.

Septem panes, & pauci pisciculi, Eusebius, Gallic. in Domin. 7. post Pentecost. ait, quod Septem panes septem sunt dona Spiritus sancti. Pauci vero pisciculi pauci libri noui Testamenti comparatione veteris. Ipsi tamen pauci si illis septem panibus coniungantur, cunctis hominibus ad animarum refectioem sufficiunt. Sine illis enim neque comedi possunt, neque saturitatem, vel fortitudinem comedentibus tribuunt. Sunt enim illi septem panes Sapientia, & Intellectus, Concilium, & Fortitudo, Scientia, & Pietas, & Ti-

mor Domini Non enim illi pisces sine illi panibus comedi possunt. Et merito pisces libri isti dicuntur, quoniam in nouo fonte natant, de quo scriptum est: Quoniam apud te est fons vite. Sine Diuini Spiritus donis sacra mysteria, in nouo Testamento contenta, nec intelligi, nec penetrari possunt. Et postea subdit. Fregit autem Dominus panes, & pisces, quoniam prout vult, & sancti Spiritus gratias unicuique tribuit, & profunda sanctarum Scripturarum mysteria pandit. S. Bernardus serm. de septem panibus per eos etiam dona sancti Spiritus, vel septem opera misericordiae intelligit. Aliqui, vt Beda, etiam interpretantur septem Ecclesias. Sed de hoc infra, cum de septem sportulis fuerit sermo.

Merito in hoc pane triticeo, qui panem Eucharisticum Ecclesiae adumbrabat, septem dona Spiritus sancti, septem misericordiae opera, septemque Ecclesiae, ac omnia bona intelliguntur, quæ sub hoc diuino pane omnes gratia, ac deliciae, ac omnia dona continentur, & clauduntur. Et ideo hunc panem pro omnium refectioe suis Dominus hic apposuit.

Mittens Christus D. suos Apostolos ad praedicandum Euangelium, Praecipit eis, ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum, non peram, non panem, neque in Zona. Marc. 6. num. 8. Quomodo sic suos mandat Dominus tendere per viam, ab omni re, pera, pane, ac pecunia destitutos, sed solum cum virga, quasi ipsa virga pro omni re illis esset. Virga illa Christus D. Virga de radice Iesse, & qui hunc diuinum fructum secum habet, nulla alia re indiget, ibi abundanter omnia retinet. D. Paschasius lib. 6. in Matth. Nil ferendum in via, ait, nisi virgam tantum, mandatur: ex cuius profecto potestate, qua necessaria sunt ad futura. Ipsa est enim virga de radice Iesse, quam Moyses olim secum tulit, & in cuius potestate plurima signorum gessit. Qui ergo hanc virgam, huncque fructum salutiferum in Sacramento Altaris participat, nihil habet ultra quod concupiscat, cum ibi omnia, quæ sub caelo, in caelo, & supra caelum sunt, contineantur.

Israelitis mandat Dominus comedere Agnum Paschalem accinctis renibus, calceamentis in pedibus, baculis in manibus, & ait: Comedetis festinantes, est enim Pascha, id est transitus Domini. Exod. 12. num. 11. Dabatur ille Agnus populo Hebraeo pro viatico, & transitu ex Aegypto in terram Promissionis. In magnalium transitu multa solent praeparari, tam pro commoditate ciborum, quam pro pompa, comitatu equorum, currum, ac aliorum. Sic Ioseph pro transferendo patre suo in Aegyptum multa tradidit fratribus suis, quibus dedit Ioseph plaustra secundum Pharaonis imperium, & cibaria in itinere. Singulis quoque iussit proferrí binas stolas: addens asinos decem, & toridem asinas, triticum in itinere, panesque portantes. Gen. 45. n. 21. Quomodo ergo magnificus Dominus pro transitu sui dilecti populi multa eis non praebet cibaria, indumenta, currus, equos, & aurigas? solum pro transitu vnus agnus paratur? Vnus ille Agnus Christum Dominum in Eucharistia adumbrabat; & cum vnus talis esset ibi omnia cibaria, condimenta, panes, vituli, aues currus continebatur, ibique magnifice omne indumentum, pompa, ac ornatus inueniebatur. Garricus Abbas serm. 1. de Resurrectione; postquam dixerat, quod in Christo sunt omnia, sic subdit: Vt nec Iacob, nec aliquis de domo Iacob se excu-

D. Bernard.

Beda.

80.

In Sacra Eucharistia omnia bona.

81.

Marc. 6.

D. Paschas.

In Eucharistia omnes fructus.

82.

Exod. 12.

Genes. 45.

In Eucharistia omnia desiderabilia.

Garricus.

Sare.



faret à via, prater alia mueria, missa sunt pauperi seni sumptus, & uehicula, ne quis uidelicet; aut paupertatem cansaretur, aut infirmitatem. Caro Christi est viaticum, spiritus uehiculum. Ipse est cibus, ipse curru Israel, & auriga eius.

QUESTIO XIII.

Quare in alio conuiuio sedent super fœnum: hic uero super terram?

83. In alio conuiuio super fœnum sedet turba Ioan. 6. num. 10. Dixit Iesus, facite homines discernere. Erat autem fœnum multum in loco. At in præfenti super nudam terram. Præcipit turba discernere super terram. Cur hic non prouidetur turbis herbolus discubitus, ut in priori loco, quod ex mysterio accidisse autumant Patres?

Respondet primò Beda in Homiliario in Marc. Ibi turba, ait, super fœnum, hic super terram refertur. Ibi enim celsitudo Christi propter carnales homines carnali spe, & desiderio regitur: hic autem remota omni cupiditate carnali, conuiuus noui Testamenti, spei permanentis firmamentum, tanquam ipsius montis soliditas, nullo fœno interpositio, continebat. In priori miraculo designabantur homines carnales, in statu imperfecto veteris legis, ut dixi superiori quæst. quorû spes multis carnalibus figurarum inuolueris egebatur; & ideo super fœnum resident. At in hac nostra refectioe noui Testamenti, ac celestis prandij conuiuæ significabantur, quos stabile permanentis spei fundamentum, ac uera Christi soliditas excipit: non enim in infirmo, ac tenui fœno, sed in firmo monte, ac rupe nituntur, qui ab Christi epulas veniunt: hoc enim conuiuium celebratum est in monte, ut ex Chrysofomo dixi superiori quæst.

Secundò. Idem Beda, Haymon. In refectioe quinque panum, ait, Beda, turba super fœnum uide discumbent, hic autem super terram; quia per scripturâ legis desideria carnis comprimere iubemur. In nouo autem Testamento ipsam quoque terram, ac facultates temporales relinquere præcipimur. In lege solum mandabatur, carnis voluptates coarctare, & ideo fœnum ipsas deglinans conculcant homines. At in nouo Testamento non solum carnis desideria, sed etiam terrenas facultates relinquere iubetur, & ideo nostri conuiuæ, non solum fœnum; sed & terram calcant.

Tertiò D. Anselmus. Præcipitur alimur, ait, ut fœnum calcant, id est desideria carnis, contemplatiuis uero terram, id est terrenas facultates relinquere, & consuetudine præcipitur. In priori miraculo actiui designantur; in hoc uero secundo contemplatiui, qui, utpote perfectiores, omnia terrena bona contemnunt, ac abiiciunt propter Deum, illi soli adherentes. Quartò Hugo. Præcipitur turba, ait, discernere super terram nudam, quo constantia designatur in contemptu mundi. In eo, quod sedent humi, contemptus temporalium denotatur: in eo autem, quod non super herbam, sed super nudam terram resident, constantiam, ac firmitatem in ipso contemptu declarant.

Quintò D. Paschasius lib. 7. in Matth. excitato dubio sic responder. Ideo tanquam in ipsius montis Christi soliditate locati, nullo fœno interposito, emoluebantur. Isti conuiuæ, nos Christianos adumbrantes, non recumbunt super molle, & tenerum fœnum, sed super duram, & asperam

terram, non enim sub Christi schola deliciosa, sed acerba, & austera uita inculcatur; & qui hac aspera utitur uita, fructu, ac pane Christi fruitur.

Benedicens Isaac filium suum Iacob, ait: Ecco odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus, det sibi Deus de rore cæli & de pinguedine terra abundantiam frumenti, & uini. Gen. 27. u. 26. Cur pater filium benedicens ait, quod odor illius, sit odor agri? Cur non potius odor hortorum: Pro quo subiicit id, quod Sponsus de se ait; Ego flos campi. Cantic. 2. num. 3. Vbi quæstio agitatur; cur non potius flos hortorum? Inter utrumque florem magnum interiacet discrimen nam hortorum flos deliciosè feritur, erumpit, ac crescit; totum sibi indulgentem habet hortulanum, qui terram fodit, eamque benigne, ac molliter scalpat, blanda irrigatione fœcundat, ipsumque ueluti obumbraculo apposito à temporum inclementia protegit. At agri flos, in culta, dura, & inarata terra pullulat, nullis blanditiis fouetur, temporum iniuriis exposita illorum agitationes, ac incommoditates suffert. Pro quo ait D. Ambrosius in Apologia 2. de Dauid. Ego, inquit flos campi: flos enim humilitatis est Christus, non luxuria, non uoluptatum, non lasciuia, sed flos simplicitatis, flos humilitatis, tanquam lilium in medio spinarum, nonne inter asperitates laborum, contritionesque animorum boni flos odoris assurgit. Ecce ut Isaac daret filio suo in benedictionem abundantiam frumenti, & uini Christi, ut interpretatur D. Augustinus serm. 44. de Diuersis, quid in eo agnouit, & sentit: non odorem hortorum, in quo deliciosè, & blande degitur; sed odorem agri, in quo asperi, & dure multis incommoditatibus peragitur. D. Ambrosius lib. 2. de Iacob, & uita beata cap. 1. Hos igitur fructus redolebat Iacob, qui Deum per pericula sequebatur, & uinum se eius ubique deductione credebat.

Scitbens Petrus suis discipulis Epistol. i. cap. 4. n. 12. Nolite peregrinari in seruire, qui ad tentationem uobis sit, quasi noui aliquid uobis contingat: sed communicantes Christi passionibus gaudete. Syriacus sic habet: Ne miramini in tentationibus, quas habetis, quasi aliquid nouum uobis acciderit. Exhortatur Apostolus Petrus suos fideles ad sufferendos labores, ac tentationes, proponens eis, hoc uero Christiano, ac Christi affectu non esse rem nouam, & alienam, sed quid esse ualde proprium, & connaturale, ut in persecutionibus, ac pressuris, à tyrannis inflicis exerceatur.

Tempore suæ passionis, ad tolerantiam exhortans Christus Dominus suos, ait illis: Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et subdit: Ego dispono uobis regnum, sicut disposuit mihi Pater meus regnum meum. Luc. 22. num. 29. Syriacus. Ego promitto uobis regnum sicut promisit mihi Pater. Maxime expendenda particula sicut. Ac si Christus dicat: Ea conditione per labores, ac mortem Crucis, nempe per quam mihi Pater disposuit, ut peruenirem ad regnum, eadem etiam conditione per crucem, & mortem ego dispono uobis, ut regnum obtineatis: ac proinde vos, qui estis mei coheredes, necesse est, ut participes faciam meæ crucis, ac mortis, & passionis, Beda conferens hæc uerba cum illis Pauli: Propter quod Deus & exaltauit illum: sic ait: Sicut ergo Pater disposuit filio regnum, quem factum obedientem usque ad mortem, mortem autem crucis, exaltauit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen; sic & filius idem permanentes secum in tentationibus

88. Gen. 27.

Cantic. 2.

D. Ambros.

Panis Christi non partitur in delictis, sed in laboribus. D. Augustin.

D. Ambros.

89. 1. Petri 4.

Syriacus.

Pressura, non aliena, sed connaturales Christianis.

90. Luc. 22.

Syriacus.

Christi regnum cum laboribus promittitur, & datur.

Beda.

Isa. 31. Rupertus.

tionibus aeternum ducit ad regnum. Preme uerbum dispono, quod innuit ius datum per pactum, uel testamentum. Dispone domui tue. Isa. 31. num. 1. quo apud homines nil est solemnus. Rupertus in cap. 5. Apocalypsis ait: Hoc ius legale apud celestem regem, ut sicut ipsi disposuit Pater regnum: ita nobis disponat primum, permanentibus cum illo in tentationibus eius.

Marc. 8. n. 8. Et manducauerunt, & saturati sunt, & sustulerunt, quod superauerat de fragmentis, septem sportas. Comederunt, & saturati sunt, & sustulerunt redundantia fragmentorû.

Arius.

VERSIONES.

Syriacus. Sustulerunt reliquias fragmentorum septem cophynos. Arabicus. Sustulerunt reliquias fragmentorum septem cophynos.

ALTER TEXTVS.

Matth. 15. Et comederunt omnes, & saturati sunt, & quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas.

EXPOSITIO V.

91. MANDUCAUERUNT, & saturati sunt, D. Mathæus. Comederunt omnes. De Christi donis omnes comedunt, & saturantur, nullumque ieiunus remanet. Et sustulerunt, quod superauerat de fragmentis: non exprimunt hic expresse Euangelistæ, quod Christus Discipulis præcepit colligere fragmenta, ut in alio conuiuio Ioan. 6. num. 12. est mandatum. Tamen quod hic similiter fuerit iussum, communiter tenent Patres, ac expositores, & esto non fuisset hoc à Domino hic imperatum. Discipuli tamen ualde obediens ex uo præcepto sibi dato idem in simili facto exequuntur. Colligunt autem fragmenta; tum in memoriam miraculi; tum ut nihil de donis Dei deperiret, tum ut etiam instrueretur, quod in cibis temperantiam teneamus, ut ita etiam comedamus, ut aliis ab comedendum superfit. Septem sportas. D. Mathæus habet, plenas. Sporta est quoddam uas æquale, uel capacious cophino. de quo quæst. 15. in initio: fuerunt autem sportæ septem habita proportione ad numerum septem panum.

Ioan. 6.

Obediens ex uo mandata colligit alius.

QUESTIO XIV.

Quare Panis fuerit in tanta abundantia, ut superessent septem sportæ, nec plures, nec pauciores?

91. D. Antonius. Vlyssipp. Haymon.

SPORTA, ut inquit S. Antonius Vlyssipp. supponens Dom. 6. post Trinitatem, & Haymon, est ueluti quoddam uas, textitur ex iuncis, & foliis palmarum, & per eas Electi designantur. Iuncus enim nascitur supra fontem; sic

Electus suam radicem, id est intentionem habet defixam in uero fonte Christo Iesu, ne ab humore aternitatis separatus arefcat. Palma uero ornat uictrices manus; sic Electi uictoriam uictorem in præfenti sæculo immarcescibilem coronam percipiunt. Septem sportæ, inquit D. Hieronymus, & Beda, quod denotant septem candelabra, uel septem Ecclesias. In præfenti excitamur in quæstionem: Cur in hoc conuiuio disposuerit septem Dominus, ut superessent septem sportæ de fragmentis, cum in alio duodecim cophini fuerint repleti?

Quid sporta & quid signi fca.

D. Hieron. Beda.

93. D. Thyrsoft.

Respondet primò D. Chrysofomus homil. 54. in Matth. quod sic Christus Dominus ordinauerit, reliquiarum equalitas miracula confunderet, & obliuionem obduceret; hoc discrimine, ac differentia utriusque signi memoriam uoluit confirmare; propterea tunc quidem Discipulorum numero cophinum numerum; nunc uero panibus sportas exæquauit. Vult Dominus, ut suorum beneficiorû in nobis indelebilis sit memoria, & ita inter utrumque miraculum uoluit hoc esse discrimen, ut in primo super fuerint duodecim cophini correspondentes duodecim numero Apostolorum; in hoc uero septem sportæ numero proportionatæ septem panibus. In utroque ergo signo simul ostendit suam potentiam, & scientiam: potentiam, dum de tam paruo cibo tantam turbam paut, & saturauit; scientiam etiam ostendit, quia quauis tanta hominû comederit multitudo, non est turbatus numerus, sed quantitas fragmentorum determinati tanta superfuit, quantum ipse cum mysterio superesse uolebat. At potentes sæculi sic ostentant potentiam suam, ut omnem rationem, omnemque iuris prudentiam confundant, atque perturbent. Sic Nabuchodonosor fecit statuam magnam auream, quam ab omnibus præcepit adorari, cum esset enim miser homo, tanquam Deus uenerari uolebat. Daniel. 3. num. 5.

Memoria beneficiorum benedictorum sit in nobis.

Deus in suis operibus ostendit potentiam & scientiam

Daniel. 3.

Voluit autem Christus Dominus quod in hoc miraculo tanta esset abundantia panis; tum quia Dei dona ingentia; tum quia aderat Deus, ex cuius præfentia ingens in nos defluit uertus. D. Basilus Seleucus, Aderat enim, ait, qui terre latera ad fructificandum excitat; aderat, qui celum nobis circumuestit; aderat, qui artis industriam mortalibus est elargitus; aderat, qui portat omnia uerbo uirtutis sue; aderat in ea, quam gestauerat carnem, sicut præfentia faciens.

94. Ex præfentia Dei multa bona.

D. Basilus; Seleuc.

Tandem ut uideatur, quanta Deus persoluit pro paruis, quæ pro eo damus: Septem panes præstiterunt homines; pro quibus tot millia Christus saturauit, & tanta abundantia, ut septem sportæ plenæ superessent. Ecce quanta Deus pro nostro confert. Peracto diluuii, ait Deus Noë: Terror uester, ac timor sit super cuncta animalia terra, & super omnes uolucres cæli, cum uniuersis, quæ mouentur super terram omnes pisces maris manui uestre traditi sunt, omne, quod mouetur, & uiuit, erit uobis in cibum. Gen. 9. num. 20. Perlege exordium creationis mundi; & quauis Adamo in statu Innocentiæ fuerit datus amplior dominatus super omnia animantia, non tamen hac præfentia, ut ei diceretur, Omne, quod mouetur, & uiuit, erit uobis in cibum. Cur ergo Noë tam latum imperium ei confertur super omnia animantia terrestria, & uolatilia, ac aquatilia, etque dicitur, Omnes manui uestre traditi sunt; omne, quod uiuit, erit uobis in cibum? Immediatè antea cap. 8. num. 20. Noë erexit altare Domino, & tollens,

Deus pro paruis, quæ pro eo damus, multa persoluit.

Genes. 9.